



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus Primus. De Vita & Honestate Clericorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

HENRICI ZOESII I. C.  
IN LIB. TERTIUM  
**D E C R E T A L I V M**  
GREGORII IX. P. M.  
**C O M M E N T A R I U S.**

**T I T U L U S P R I M U S.**

De Vita & Honestate Clericorum.

**S U M M A R I U M.**

1. Ratio ordinis.
2. Clericos decet vita probitas & honestas.
3. Et praecepit Episcopos.
4. Honestas illa alia externa, alia interna.
5. Externa consistit Primò in vita & morum modestia.
6. Clericis fugienda luxuria & ebrietas.
7. Item avaritia.
8. II. Consistit honestas in vestitu & habitu.
9. Canam nutritre cur & quatenus prohibiti Clerici?
10. Tonsuram omnes ferre tenentur.
11. III. In officiorum & negotiorum exercitio.
12. Clericus aleis ludere prohibetur.
13. Clerici olim in communī vivebant, & Canonorum origo.

**I**Xposita Judiciorum forma, proximum est materias & causas, quæ in iis tractari solent, videre: quæ aut Civiles sunt, concordantes cum personas Ecclesiasticas, & specialiter eorum res, de quibus hoc libro tertio; tum laicas, cuius ordinis est matrimonium, quod laici quidem ineunt, ejus tamen cognitio est penes Ecclesiam, de quo libro iv. aut Criminales, de quibus libro v.

**2.** De personis Clericorum primò agitur.

quorum ea debet esse vita probitas & honestas, quæ non modo pusilios non offendat, sed quod omnino est necessarium, omnes iam adficeret, atque animarum salutem moveat. Quo modo Conc. Trid. Sess. 11. de Reform. nihil est, inquit, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instrueret, quam eorum vita, & exemplum, qui in formam Domini vocati, se divino ministerio deserviunt. Cum enim à rebus saeculi in aliis sublati locum consipientur, in eos, tamquam in speculum reliqui oculos conseruent, et que sumunt quod imitentur. \* Debet igitur ea vita innocentia, præcepit Episcopus, quos in primis optandum est, quæ sunt in partibus agnoscantur, ac se non ad propria comoda, ad divitias, luxum, sed ad labores et follicitudines pro Dei gloria vocatos diligenter intelligant. Nec enim dubitandum est, inquit idem Trid. Sess. 25. c. 1. de Reform. reliquias fideles ad religionem, innocentiamque suam inflammados, si praepositos suos videant non ea, quæ mundi sunt, sed quæ sunt Dei, animarum salutem ac celestem patinam cogitantes.

Honestas ista alia est interna, consistens in animi sinceritate, & in desiderio viri secundum præceptum juris, & virtutum: alia externa, quæ in factis ipsis ac vita actionibus levatur.

secundum virtutum prescripta consistit, desideraque, ut Clerici sint alieni ab omnibus iis, per quae mens extra se sparsa confunditur, acies cordis obtunditur, lux divini amoris extinguitur, reverentia sacerdotalis anicitur, & quod periculorum est, recte vivendi linea, quæ alii ad exemplum proponenda fuerat, minime reneatur, non sine gravi scandalo. Facit enim Sacerdos delinquens populum delinquare, & ruinam populi. Sacerdos nequam.

Consultit hæc externa honestas præcipue in tribus, Primo, in vita morumque modestia, quæ dignam severitatis & sacerdotis ingenii censuram decet. Quo modo Clericis continetia, benignitas, hu manitas bonum est amplectendum; \* luxuriae virtutum ita averandum, ut ne quidem siistra suspicione maculentur. Dedeceat enim Clericos, maxime voto continentia adstricatos, ad actus impudicos se laxare, eos præcipue, propter quos venit ira Dei in filios difficiliter c. Ut Clericorum 13. b. t. Unde feminis non cohabitant, qua de te tit. seqq. Debet eadem continentia Moriales, quibus clausura mandatur à Trid. Sess. 25. c. 5. Deregul. & à Pontificibus postea subiecitus, ut dicitur infra De statu Monach. atque earum Monasteria frequentare prohibentur & Clerici & laici, nisi causa exigat, alias illi ab officio removendi, hi excommunicandi, c. 8. b. t. Fugienda & Clericis ebrietatis, quæmentis oculis hebetat, ejus inducit exilium, libidinis est incentivum, c. Acrapula 14. b. t. Unde jubetur aboliri usus ad æquales haustus provocandi, secundiores calices exhausti, d. c. 14. ubi commoniti, nisi destitute, ab officio suspendi jubetur. Evitandi iis tales, faciles, dicacitates, & omnes verborum inanius pestes, quæ scurras potius quam Sacerdotes ostendunt.

Inter alia, quæ Clericalem dignitatem & auctoritatem infamant & depriment virtutem, non minimum est avaritia, ideoque maximè Clericis fugienda, non tantum si sibi quaerat, verum etiam si Ecclesia: deque enim probandi ministri, qui ut magis fideles videantur, & in atam Ecclesia quid inferant, cuncta distorquent, extorquent, corradiunt, contundunt, sacrificium per hoc Deo se facere putantes, minus ei gratum, quia est de rapina, Unde maxime cavabunt, ne, ut habetur,

*Exech. 6. 34.* Iac gregis sui comedentes, & ejus lanis si cooperantes, absque ulla aeternorum spe, mercedibus mercenari palcantur, contra Apostolum de praesenti potius laboris fructum recipientes, quam in futuro, *Can. Sacerdos 9. l. qu. 3.* ne capient mortuum hereditates; qua de causa olim ab Arcadio prohibitum quid relinqueret Sacerdotibus, ut pater ex D. Hieron. ad *Nepotiam*, qui non tam de lege conqueritur, quam dolet, quod eamdem nimia aviditate Clerici meruissent. Ad hanc magis evitandam Ecclesia testamenti factionem admittit Clericis, ut dicitur *infra de restiam*. Mercium exercitum prohibuit, ut mox dicitur, & præcipue ultratum, & quidem sub excommunicatione c. 2 b. t. Judices gratis judicante voluit, non acceptis litium decisivis, nec earum quotæ, c. cum ab omni 10. b. t. Exceptis expensis victualium; nemo enim gratis cogitur militare.

Secundum, in vestitu & habitu: quo honesto & decenti pro status suo uti jubentur Clerici secularis, qui nec nimia brevitate, nec longitudine notetur. Unde pannis rubeis aut viridis, manicis aut scularibus constitutis, calcaribus deauratis, & aliis id genus, quæ superfluitatem sapient, uti prohibentur, c. Clerici pen. b. t. Religiosi habitu utuntur sua Regulae, quam professi sunt, correspondente. Si moniti ab Episcopo honestum & convenientem ordinis & statui habitum defere contemnunt, suspendendi sunt beneficiati à beneficiis fructibus per sex menses: in sacris ordibus positi, citra sacerdotium, inhabiles per idem tempus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum: dignitatem, petroatum, aut curam animarum habentes, per annum à fructuum perceptione suspenduntur, nisi excusat causa rationabilis, Clem. 2. h. t.

Ornatum quoque omnem Clericos vitare vult Ecclesia: quo modo barbam & comam eos nutritre prohibet. Quod accipendum de coma, quæ imitatur comam mulierum; nam ad aures usque coma licet & decenter fertur. Comam r. laxantibus anathema possum à Gregorio IX. c. 4. b. t. ut exterioribus Symbolis testentur, se interiore voluntate blandimenta & voluptates scularium despiciere, & vero Dei servitio devotos esse. Unde & annulis digitos non ornabunt, nec

aut aut argenti ornatus utentur, nisi dignitas  
annuli usum admittat, d.c. pen. h.s. cum sit  
sigillum matrimonii spiritualis & fiduci, arg. ean.  
*Fiemina XXX.* qu. 5. Doctores Clericos licet  
anno uici tradit Abbas, d.c. pen. n.7. quod con-  
cineatur inter Doctoralia insignia non abutantur  
tamen ad vanitatem. Pontificibus sua spe-  
cialis est vestis: jubentur enim in publico & in  
Eccl. sive super eiundem lineis uti: nisi Mon-  
achi fuerint, quos oportet monachalem ferre  
habitum, d.c. pen. in fine.

**10** *Omnibus autem Clericis præceptum est ferre tonsuram in vertice capitis , quod ipsum ad traditionem Apostolicam referunt , Ecclesiæ auctoritate & consuetudine roboratum , ut qui saeculotis vita ordinibus mancipantur , excultioris etiam vita characterem in capite ferrent . Ampliata autem tonsura eorum est , qui majoribus initiantur Ordinibus . Monachi non verticem tantum , sed totum ferre caput radere soliti , ut quod sit ipsorum vita studium declarent . Etenim abracta ista est symbolum lugentium ac mortuorum . Vnde Baron . tomo i . Annal . ad an . Christi 58 . n . 123 & seqq .*

31 **T**ertio, in officiorum & negotiorum exercitio; quæ facultaria exercere, sive suo, sive alieno nomine, Clericis inhibitum. Cujus generis est mercatura, quam tertio monitus non desens perdit clericale privilegium quod bona sua, c. fin. h. t. Ejus ordinis est & officium tabernaciorum & macellariorum, quod sub pena privationis clericaliis privilegiis exerceere prohibentur. Qui si nominatio & tertio monito non desistant, aut resumant id genus negotii, conjugati omnino annulluntur, quantum huic officio insistant; uti & non conjugati, nisi habitum deferant clericalem, tunc enim tantum in rebus isto privilegio privati, quatenus tali officio insistunt. Et hoc ita, quatenus perse ac publice stud exercent, Clem. i. h. a. quæ tantum isto in casu loquitur, ut, cum sit penalis, nos sit extendenda ad casum, quo per alios exercent. Detrahitur etiam non modicum dignitatis ordinis, si Clerici faciant se joculatores, sive, ut barbaræ dicuar, Bufones. Qui si per annum alterum illam igaomiosum exerceuerint, jubentur ipso iure catere omni privilegio clericali; uti & si breviori tempore tertio monito non resipiscunt, c. i. ead. in o. Tabern-

nas frequentare profus prohibentur, nis-  
te causa necessitatibus in itinere construente  
seat, d. c. pen. h. sis. \* Similiter ludere  
& taxillis, ne manum Domini corporo-  
maculatae hostiae oblatricem, simili &  
guam inter Deum & hominem medianam,  
hujusmodi Iudiciorum contaminatione felen-  
tia & ab ejusmodi inspectione Clericorum  
esse alienos Post, in d. c. pen. uii & latrone  
sceniconum, can. Non operet 37. de cons. 16.  
3. & can. Praeterea dist. 51. Videtur tempore  
esse mortale per se, celsante scandalo, &  
temptu, quae ponit haec in frequentatione  
ligere est ex iis, quae traduntur rit. cod. uita-  
torib. Multo minus exercente ludo theatrum  
necc in Ecclesiis illos admittunt, nisbi faci-  
conuetudine in contrarium, e. cum deum  
12. b. e.

Ut autem commodius Clerici morum  
nestatem & præcipue castitatem servaret,  
rebant olim in communione, can. *Prater*, pro  
pientes Disk. 32. can. *Necessaria* quia illi  
Canonicos dictos volunt. Cui mori, fide  
te caritate, derogatum, & seorsum vivere  
poterunt; dictisque Canonici, non à Canonicis  
mentari live præbe da, sed quia id Cas  
tum, id est regulam, vivant qui utrūque  
servent honestatem & modestiam in Chro  
populum à cancellijs excludant, tantum eis  
cello altaris nra, e i h. sit. A imitare tanto  
tra cancellios non videatur peccatum, sicut  
consuetudo, innocent. ad d. 6. l.

TITULUS II.

De Cohabitatione Clericorum &  
mulierum.

## SUMMARIUM.

1. Clericis cur interdicta cohabitatio  
rum.
  2. Cum matre & sorore habitare permisum.
  3. Hodie ex consuetudine etiam cum coniugio  
neis.
  4. Clericorum concubiniorum fons.